

N. II.

NUM. II.

## UT EQUITES PROFESSI

Militiæ Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani ad Episcopatum, aut ad Cardinalitiam dignitatem eveci, Crucem Octogonam ex Tela alba, tamquam habitum suæ Religionis proprium, exterioribus vestibus assutam gestare valeant.

*Dilecto Filio Nostro Joachimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Card. Portocarrero nuncupato.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noster, Salutem, et Apostolicam Benedictionem.*

Quæstio, et Instan-  
tia a R. P.  
Portocar-  
rero tunc  
Patriar-  
cha An-  
tiocheno  
proposita.

**B**IENNIO cum dimidio circiter elapsum est, ex quo Nobis exposuisti, te Jerosolymitanæ Militiæ Professum Equitem esse, et Magna ejusdem Ordinis Cruce insignitum, deinde Sacris Ordinibus initiatum, et a fel. rec. Prædecessore Nostro Clemente Papa XII. inter Præsules adscitum, et ad Patriarchatum Ecclesiæ Antiochenæ promotum fuisse: In ea autem opinione te versari, ut Crucem Octogonam ex tela alba, quæ Equitum Jerosolymitanorum propria est, gestare posses, non quidem, uti consueveras, Mantelletæ assutam, atque ita a superiore Mozzetta contectam, sed ipsi Mozzettæ, sive Exomidi, cujus usum san. mem. Benedictus Papa XIII. Patriarchis etiam in Urbe concessit, hominum aspectui magis expositam deferre.

NUM. II.

N. II.

## CHE I CAVALIERI PROFESSI

Dell' Ordine di Malta creati Vescovi, o Cardinali, possano portare sopra gli Abiti esteriori, e precisamente sopra la Mozzetta, la Croce Ottogona di tela bianca, come Abito della loro Religione.

*Dilecto Filio Nostro Joachimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Card. Portocarrero nuncupato.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noster, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

**S**ONO in circa due anni e mezzo, che ci rappresentaste, esser voi Cavaliere di Malta Professo, e Grancroce, aver poscia presi gli Ordini Sacri, esser Prelato, e Patriarca Antiocheno, fatto dalla Santa Memoria di Clemente XII. nostro Predecessore, e credere di poter portare la Croce ottogona di tela, propria de' Cavalieri di Malta, non nella Mantelletta, come facevate, che resta coperta dalla Mozzetta, ma nella Mozzetta stessa, che fu ai Patriarchi conceduta dalla Santa Memoria di Benedetto XIII., acciò la Croce fosse visibile a tutti; chiedendoci il nostro sentimento, unitamente colla licenza di farlo, giacchè erano passati alcuni anni dopo il Patriarcato, che avevate portata la Croce ottogona nella Mantelletta: e se ben vi ricor-

Quæstio-  
ne, ed is-  
tanza pro-  
posta da  
Monsig.  
Portocar-  
rero allo-  
ra Patriar-  
ca d'An-  
tiochia.